



**Stavrologia Coloniensis**

**Gelenius, Aegidius**

**[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]**

XLI. † Cranebvrgica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)

que Theoderico de Bortscheidt, &c.  
Deum exoret. Literæ quatuor muniun-  
tur sigillis, quorum est præcipuum Re-  
uerendissimi Principis Iacobi Episcopi  
& Comitis Cameracensis, Præpositi  
Bonnensis, uti Archidiaconi.

## XLI. ✠ CRA NEBVRGICA.

**A**nno Domini, post millesimum  
ducentesimum octuagesimo, iux-  
ta vetus Craneburgense oppidum, res  
in paucis memorabilis accidit. Subur-  
bani prædij Nienhoff dicti incola, o-  
uium Pastor, Paschali tempore synaxim  
ex manibus Henrici de Geldria, Crane-  
burgensis parochi sumpsit, quam pala-  
to adhærentem, cum deglutire non  
posset, in saltu Imperiali vulgo Reichs-  
waldi, ubi pecudes pascebat, arborem  
conscendens, inter duorum ramorum  
furcam, ote exemptam depositus, & ad  
ouium curam reuertit. Sed mox con-  
scientiæ arctatus angustiis, rem totam  
Domino Henrico Parocho, è cuius ma-  
nibus sacram hostiam sumplerat, pate-  
fecit.

E

fecit.

fecit. Hic cum Pyxide Eucharistica, Pa-  
 store ducente; saltum adiit, vterque ar-  
 borem concendit, vterque etiam sa-  
 cram hostiam videt. Sed cum Parochus  
 illi apprehendendæ manus admouet,  
 oculos subito, manusq; elabitur, atque  
 arbori immersa insidet. Territus spe-  
 ctaculo Sacerdos, atque ex arbore in  
 terram se demittens, pronus quanta  
 potest animi contentione Deum orat,  
 obtestaturq;, vt quo tantæ rei vergat  
 exitus, ante doceat, quam vitæ ignarum  
 auocet. Manet interea negotij totius  
 secretum, penes duos solum Pastores,  
 hunc hominum, illum pecudum, dor. ec  
 post viginti & octo annorum decursum  
 Henricus Parochus, quendam Geldriæ  
 Ducis Ministrum, obsecrat, sibi ut arbo-  
 rem aliquam, ad instans Dominicæ Na-  
 tiuitatis festum ne neget. Annus ageba-  
 tur millesimus trecentesimus vicelimus  
 & nonus, cum pro impetrata arbore  
 amputanda & auchenda, Meiericum  
 nomine, Ecclesiæ Craneburgensis ædi-  
 tuum mittit. Ille rei licet ignarus, arbo-  
 rem hanc offendit, & securi admota  
 amputat. Quandoquidem vero magna  
 im-

1329.

in primis esset , altera tantum arboris pars , in festis Natalitiis absumpta est , altera verò pars reliqua , cum in Ministeriorum Ecclesiæ usum tempore Paſchali insimenda flammis destinaretur , feriâ quartâ , quæ à Palmis dictam præcedit diem Dominicam , Meiericus truncum findens , ex ipsa arboris medulla excutit atq; effundit Crucem , in quam Sacramenti species erant mititatæ . Nullo artificis instrumento , sed miraculoso Dei opere , inclinatum caput , & extensa brachia , ac sibi mutuo incumbentes pedes , clavō transfixi conspiciuntur . Postquam uno vertente anno , plurimis hæc Crux miraculis inclaruit , eleuata est , atque annua supplica- Proces-  
tione Crucis huic honorandæ indictâ , suo an- hominum pietati ut miraculosa exposi- nua ad ta est . Ea supplicatio etiamnum multo- † Cra- rum millium concursu frequentatur . nebur- Hac ex Craneburgensi Archiuo , ex quo er- gensem . iam vidi diploma fundati Anno 1416 . matutini Sacrificij Missæ , in quo Adolphus Cluensis his utitur verbis : In ho- norem Dei cœli omnipotentis , Mariae benedictæ Matris eius , & S. Crucis , qua in templo nostro

E z que-

quotidianis signis & miraculis claret, perpetuum matutinum Sacrum instituentes &c.

## XLII. ✠ BIRCKELSDORFENSIS, prope Marcodurum.

**I**Nter Marcodurum vetus oppidum, & Birckelsdorff, habitabat Molitor, cui ut plurimum ventus nullus iniquior erat, quam qui à fortuna proueniret, adeo ut quidquid illi Molendinum adstrueret commodi, destrueret sortis aduersæ impetus. Huic equi, boves, iumenta, & quidquid longo sudore partum, breuis sæpe euertebat aut pestis, aut casus aliis. Quapropter redactus ad incitas & desperationem, ad ariolos, præstigiatricesq; confugit, quorum consilio, vti sunt in Sacramenta iniuriosi, Eucharistiam subter domus suæ limen superstitione velut in sepulchrum depositit. Hoc quasi pessimo obiecto sagis aditum prohibiturus, quarum impiis machinationibus, malum omne consulti præstigiatores expensum ferebant. Obsequitur pessimo consilio, si mula-